



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quinam illorum aetate episcopi Romani fuerint. Cap. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII HISTORIAE

Quinam illorum ætate episcopi Romani fuerint.

CAP. II.

Cornelio Romanæ ciuitatis episcopatu circiter triennium perfuncto, Lucius succedit; Iste vix octo continuis mensibus illud ministerium obiēs, morte extinctus, Stephano cleri tradit rectio[n]e. Ad hunc Stephanum, Dionysius primam ex illis epistolis de baptisate compōsitis, scripsit, propterea quod erat id temporis non exigua quæstio & controuerſia concitata, utrum oporteret eos, qui se à quocunque hæresi genere reuocassent, lauacro baptismatis expurgare, cum ex consuetudine ab antiquis ducta temporibus, in eiusmodi hominibus in ecclesiam recipie[re]d[ic]is, solæ preces cum manuū impositione adhiberi solerent.

Quonam pacto Cyprianus, eos qui ab heretico errore resp̄erint, lauacro expurgendos, primus statuerat.

CAP. III.

Cyprianus Carthaginensis ecclesiæ pastor, primus inter homines eius ètatis, non aliter, quām per lauacrum baptismatis hæreticos erroris maculis ante ablutos in ecclesiam admittēdos existimauit. verum Stephanus nihil noui, aut alieni à traditione ex apostolorum temporibus deriuata moliendum arbitratus, hac de re animo vehementer commotus fuit.

Quod de eodem argumēto Dionysius epistolas conscriperit, & de pace, quæ post persequitionem subsequita est.

CAP. IIII.

Dionysius igitur ubi longum sermonē cum Stephano per literas de hac controuerſia contulerit, tandem declarat, quo pacto, persecutionis fluctibus sedatis, omnes ubique ecclesiæ, noua ac peruersa Nouati hæresi prauitate repudiata, pacem inter se conciliaſſent. Sic enim scribit. Iam scito frater, omnes orientales ecclesiæ, quæ antea fuerunt propter errorum peruersitatem nonnulla diſſenſione distracta, ad concordiam de novo esse reductas: Omnes etiam ecclesiarū pr̄ſides, qui ubique locorum sunt, summo animorum consensu conspirare;

